Dicta super quarta Fen primi Canonis Avicennae / [Hugo Senensis].

Contributors

Hugo Senensis, -1448.

Publication/Creation

Siena : H. de Colonia and others, 1485.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/m9n9bgy8

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Hugo Senensis de Benciis.

11 **Benzo** (Ugo) Senensis and Marsilius, *the Physician*. Dicta Ugonis Senensis super quartâ fen. primi canonis [Avicennae] Deinceps vero dicta Marsilij. Siena, Henricus de Colonia et socij. 1485 £60

Folio. Original binding of wooden boards, sheepskin back. F° 1, a blank, missing. Gothic char. 90 unnumbered leaves. Sign. a–p in sixes, except a8, b8, m4, o4. Catchwords. Capital spaces with guide letters. Double columns. 62 lines to a full page. F° 2a: [d] icimvs Quod real medicationis ex una uirtute [con]sequitur. F° 87b, line 9 in column 2: Usqz hoc finit expositio d. M. Ugonis / de Senis. Nunc incipit expositio Marsilij. / F° 90b: Explicunt dicta Ugonis Senensis super quarta/tem. primi canonis usque ad illum paragra'phum positum in capitulo de enemate/Forma vero. Deinceps vero dicta Marsilij usqz ad finem / Correcta diligentissime per / magistrum Bernardinum Bolognium de vitterbio artium et medicine scholarem. Impressum Senis dodita opera et / impensis Magistri Hieronymi Marrocta Artium / et medicine doctoris et clarissimor. E. doctor'um Do. Laurentij Candiarij et Do. Jacobi Germonie, et Do. Luce de / Mactinis, necnon Magistri / Henrici d. Colonia sotietatem. Anno Salutis. M°cccclxxxv. Sexto Nonas Martias Feliciter. Unrecorded by bibliographers. Not in British Museum, Bibliothèque Nationale, Hain, Proctor, Reichling Grasser or Surgeon-General's Catalogue. Tall copy, with very wide margins, in an original binding. Some very slight water stains. Contemporary annotations. Benzo, Benzius, Beatius, or Ugo Senensis, lived during the late 14th and early 15th Century. Professor at Pavia (1390), Bologna (1412), Padua (1428), and at Florence and Padua from 1430. In all these towns he earned a great reputation. He died at Ferrara in 1439. Fifteenth century Siena books are of the greatest rarity. The wandering Heinrick van Haarlem was the first to print there, but did not stay long. Henricus Dalen of Cologne was the first printer to establish a permanent press. Not in the Cat. of the Siena Library.

Not in Hain or Proctor

≡60

Unigo

42079

Comentaria vgonis senensis super 4^m fen p. Canonis

icemus Quod res medicationis ex una triuz rez cõpletur. Ista est quãta fen. primi can. Auic. in qua determinatur de mõis curẽ generaliter. Que hic ponitur in fine primi can. qz in primis duab⁹ fen. Auic. determinauit de rebus ptinẽtibus ad ptez theoricã medicine. In tertia de rebus ptinẽtibus ad ptez ptĩcã p regimine sanoz. Restabat in ultimo illaz ptez ponere q̃ generaliter determinaret ptinẽtia ad p tem practicaz curatiuã. Et ista pars diuidit̃ i duas ptes. Primo fac̃ hoc ualde generaliter. scõo min⁹. Scõa ibi in princ⁹ sequẽtis capituli. Que tax ẽ sine materia. Pms capitulũ diuidit̃ in duas pãtes. Primo ponit̃ una diuisio instrumẽtoz artis curatiue. Scõo mẽbra diuisionis declarãtur. ibi scõa. Regimen ãt Dicẽ primo q̃ res medicationis cõplet̃ ex una triũ rez. Quaz una ẽ regimẽ t nutrientia. Scõa est exhibitio medicinaz. Tertia est opatio manualis Dbi primo notandũ q̃ p res medicationis debemus intelligere fines in medicando intentuz qui est sanitatis acquisitio t morbi remotio. Nota 2⁰ q̃ medicatio qñq sumit̃ p omni actione medici siue in cõseruãdo sanum siue in pseruãdo neutr. siue curãdo egr. Scõo sumitur stricte pro curatione egroz t hoc mõ sumitur hic. Differentiã autez inter pseruationez t conseruationẽ vide. ẽ. in princ⁹ fen. tertie.

Sumit̃ etiã 3⁰ medicatio p administratiõe farmaci laxatiui ut prima aphorismoz. Digesta medicari. Sed ad ppositum no capitur sic. Tertio nota q̃ ille fines acquiritur a medico aut p regimen t nutrientia. aut p exhibitionẽ medicinaruz aut p opationẽ manuales. s. p quã aliquid opat incidẽdo suẽdo uel ligãdo t talia faciẽdo. Et sic dicemus q̃ res medicatiõis ex una istaz triuz rez cõplet̃. Nota quãto q̃ qñq una istaz sufficit. qñq due. qñq oẽs tres requirunt̃. Et ẽ intelligendũ q̃ una aut duabus aut oibus cõplet̃.

Nota hic q̃ hoc nomẽ regimẽ qñq sumit̃ in medicina p oi opatione medici p quã regit corpus humanũ. t hoc mõ sumit̃ prio regis acutoz cõmento. 11⁰ siue illud fiat p medicinas siue p res nõ naturales. 2⁰ sumit̃ p administrãtione debita sex rez nõ naturaliũ. t hoc mõ sumit̃ infra. 3⁰ sumitur p administratione oiuz rez nõ nãliũ excepto cibo t potu. t sic sumit̃ hic. Ex quo pz q̃re dixit regimen t nutrientia ut oiuz rez nõ naturaliũ administrationez cõprehẽderet. Sexto notandum q̃ li hec tria sint tria genera instrumentoz p̃tice medicine taz quo ad partez pseruatiuã q̃ conseruatiuã t curatiuã ut pot patere ex dictis in fen. tertia. tamẽ diuersis mõis spãlibus sub istis generibus ptentis unit̃ medicus i curatiõe pseruatione t pseruatione. Sũt ergo in genere hec instrumẽta hecdẽ in singulari t mõis differunt t hoc sufficit p illa differẽtia q̃ est inter dictas pãtes artis. Ultimo notãduz q̃ medicina nõ sumit̃ hic p̃prie p opante a qualitate sz cõiter p omni applicato corpori nãto qõ nõ tantũ a materia ẽ opatiuum sed a q̃litate uel a tota substãtia.

Et ex his pz ẽuificatio textus. naz sanitas acq̃ritur p acquisitionem alicuius aut remotionẽ alicuius. Et hoc fit aut p opationez manualẽ siñ alterius applicatione ut cirugia. aut requirit̃ rei alterius applicatio ab opatiõe. Si requirit̃ applicatio alteriusꝰ rei ab opatione pz primo aut erit nutriens aut res alterativa non nãlis aut opativa a tota substantia t sic est medicina. Et sic hẽo diuisionis sufficiẽtia in tria instãa artis. Ex quib⁹ patet quoz duaz dubioz solutio. Primũ dubium quare p̃posuit fen. tertiã q̃ est de pseruatiõe. Ratio est qa cãe pseruatiues sunt priores cãis efficiẽtibus ut 3⁰ tegni. t sic ars pseruativa p̃or est arte curativa. Scõz dubiũ quar nõ fecit spãles tractatuz de p̃seruatione corpoz neutroz. Ratio ẽ qa neutra decidẽtie multũ inuenitur cuz sanis lapsis. Et ideo i codez tractatu cuz illis ponit̃ corpz regimen. Neutra ãt qualescentie quia ex priculari quodã morbo inuenitur. s. ex febre. ideo cẽ modius usuz fuit Auic. post tractatũ de febrib⁹ determinare de regie illoz. In ueris. n. qualescẽtibus calor est purus t sanguis est pancus. Tertiũ dubiũ quare p̃supposuit regimẽ 2⁰ exhibitionez medicinaz. t 3⁰ opationez manualẽ. Dicendum q̃ regimẽ est cõe instrumẽtũ in oi morbo nõ aũt sic ẽ de aliis duobus instrũtis. Exhibitio ẽt medici naz in plurib⁹ est magis necessaria q̃ opatio manualis. Et nota q̃ p manualẽ opationẽ intelligitur illud quod facit medic⁹ sine p̃cursu alt̃ius priularis agẽtis. sicut incisio reductio ligatura t similia. Sed exhibitio medicinaz hoc mõ nõ cõfert in cura sine alteratione.

per regimen autez. Explanat mẽbra diuisionis. Et diuidit̃ in tres ptes. Primo declarat quid intelligat p regimen relinquẽdo alia duo tanq̃ nota. scõo excusat se a quibusdã. tertio pot quosdã generaleꝰ can. circa nutriens t medicinas. Scõa ibi. t iudicia quidez. Tertia ibi. nutriẽs uero ex eis. De pma dicẽ q̃ p regimen intelligit administrationez cãz currentiuz scõz usuz q̃ sũt necessarie numerate. ẽ. fen. scõa. t ẽ illis ẽ nutriẽs

Dbi nota q̃ res nõ nãles dicunt̃ necessarie. s. ut uita hominis duret t decumendo p etates cõseruẽt̃ t sũt necessarie i sua generalitate ut dictũ est fen. scõa. sz nõ sunt necessarie i sua singularitate. Nullus. n. aer est necessarius ad uite pseruationez. ió dicunt̃ etiã cãe nõ necessarie sed currentes scõz usum quia cõiter utimur illis. Ex quib⁹ patet quo soluat̃ littera q̃ est negativa in cãis nõ necessariis. Notãdũ scõo q̃ ex bac lra Auic. uidetur uelle q̃ in noie regis intelligit administratio debita nutrientis cũ dixit ex quib⁹ est nutriẽs Et ió alt exponendo q̃. ẽ. in pma pte dictum est posset dici q̃ cuz. ẽ. dixit regimen t nutrientia nõ uoluit nutrientia nõ cõtineri sub regimine sz ad maiorez exp̃ssionez dicit hoc. Et posset dici q̃ li quibus refert ad cãs necessarias.

et iudicia. In ista pte excusat se dicẽs q̃ iudicia regiminis q̃tũ ad

administrationez rex nō nālius ex parte qualitatis.i.scōz qō habēt calefaceze.aut al'i corpus ad primas qualitates alterare sūt ꝓportionalia ⁊ similia iudicijs administratiōis medicinaꝝ de quibus infra dicetur.⁊ iō supple nē nō oportet ponere diuisim.

nutriens uero. Nūc exequit ponēdo can.Primo ō nutriēte.scōo de exhibitōe medicinaꝝ.scōa ibi.Medicatio aūt. Nota ꝙ de operatione manuali non dat hic can.quia illi sunt magis spāles.⁊ ideo ad sequentia capitula reseruat. nō ponit ēt regulas de mō administrationis aliaꝝ rex non naturaliū nisi ciboꝝ.quia ille alie res nō nisi ex pte q̄ nos imutant q̄litative ꝓsiderant. Et quia ex illa pāte iudicia sunt ꝓportionalia iudicijs medicinaꝝ iō nō fuit opportunuz ponere imo melius ex cā reseruat ad sequēta. Sed ꝑma ps diuidit̄ i tres ptes scōz tres diuisiones diuersas de mō administratiōis nutrimēti quas ponit.scōa ibi. Nutriēs quoq;.tertia ibi.Nutriēs ꝓtrea scōz hoc. Iré ꝑmo ponit diuisionez.scōo can. iuxta mēbra diuisionis.ibi scōa.Sed nō ꝓhibet. De ꝑma dicit ꝙ nutriēs hēt indicia ꝓpria ex pte q̄litatis si ꝙ i alijs rebus nō sint indicia q̄litatis ut i sōno ⁊ cūone.sed ista indicia de q̄litate offerēdi nutrimenti sūt sibi ꝓpria.s.nutrimēti in q̄tū est nutriens.naz alius est modus q̄litatis sōni ꝙ nutrientis.⁊ alius est modus nutrimēti multi nō proportionati q̄litati ⁊ euacuatiōe. Ideo ista indicia dicūtur ꝓpria nutrimēti quia nō cōia sibi ⁊ alijs rebus nō nālibus. Nō tamen oia indicia de q̄litate i nutrimento sūt ita ꝓpria quin sint similia i medicis ⁊ alijs rebus nō nālibus ut pz inspicienti. Dicit scōo ꝙ nutriēs q̄ntz augeat q̄ntz minuitur q̄ntz offert q̄ntz equat. Vbi nota ꝑmo ꝙ q̄tus nutriens dicat de uero nutrimēto quod est cambiū aut gluten ⁊ q̄ntz ō quasi nutrimēto qō est sanguis ⁊ alie humiditates secunde ⁊ chilus. hic tamē sumit ꝓ futuro nutrimēto quod est cibus ab extra ita ꝙ sensus est ꝙ infirmis q̄ntz augemus cibū q̄ntz minuim⁹ q̄ntz equam⁹ q̄ntz subtrahimus. Nota scōo ꝙ hec omia.s.augeri vel minui dicūtur cōparative ⁊ scōz menez Auic. hic non intendimus soluz compādo infirmos ad sanos sed ēt egros ⁊ sanos ad sanos. Cōstat eiz ꝙ infra dicit minui i argumēto ⁊ i statu respectu principij.ergo tam in sanitate q̄ ēt i morbo cibū q̄ntz augemus q̄ntz minuim⁹ q̄ntz equam⁹.qō uero hic dicit Dinus ꝙ cum sint quidā morbi ꝙ acuti in quibus auferimus consentiente uirtute. Quidā acuti in quibus diminuim⁹. Quidā croni ci i quibus equare dicimur.nō est ad mēte Auic. cū paulo posteri⁹ dicat ꝙ in cronicis minuim⁹ sz nō tamū q̄tū in acutis. Notādū tertio ꝙ cum Auic.posuit quatuor mēbra diuisiōis nō tamē posuit can.nisi circa duo quia de augēdo ⁊ equādo intelligat ꝑ illos qui dicūtur de diminuendo ⁊ offerēdo. Qō si quer̄at utr̄ i aliquo morbo sit cibus equādus respectu ciboꝝ sanitatis. Dicet ꝑmo ꝙ nō quia i oi morbo uirtus est debilis respectu sanitatis ⁊ cibus est dādus secūdū uirtutis tenorem.ergo semp est minorādus. Sed ꝙ sit q̄ntz augēdus ꝓbat.qa corpus ualde plectoricum aut cui ꝓ repletiōez modicū cibi erat dan dum cū de crepatura est timor si ex flebotomia fiat ita uacuus ut sensibiliter ledat erit egz ⁊ tamē cibus i eo erit augēdus. Confirmat qa stat plus esse cibum minuēduz in sanitate data ꝓ timorē plectorie q̄ sit minuendus i morbo ꝓ debilitatem uirtutis ⁊ humorum indigestiōem ergo ⁊c.

Scōo i fractura ossis cū regenerat̄ porrusarcoides siue arosbolb idigemus pluri nutrimēto restaurāte q̄ ipe sanitatis. Naz idigem⁹ nutrimēto restaurante depditū ⁊ eo ex quo regenerat̄ aras bolb ut sumit z⁹ regni texti.xix. cōmenti ⁊ i cōmento nono. Hic dicit ꝙ alicui egro est pl⁹ dādū de cibo q̄ sano ⁊c.⁊ ēt q̄ aliqñ sibimet i sanitate sua existenti ut ꝓbant argumēta. Dicit scōo ꝙ stante ꝓtate necessitatis nutrimenti plus de cibo debet offerri sano qa uirtus magis digerere pōt. Et cōstat ꝙ argumēta ponūt dispitatez i necessitate nutrimēti. Cōtra respōsionem arguit qa stat uirtutem digestiuam i certo egro esse fortiorem q̄ fuit in eo sano.⁊ morbuz esse materialem idicātem de cibi ingrossatiōe ut in ꝑtic⁹.curarate uel medio ei⁹ in quo querit eius ingrossatio.ergo solutio nō est uera uniuersaliter Idem patet in mlta.naz i illis corpus est ipinguēdum ⁊ carnosum faciendū ut dicit Rasis.tr.almāsoris ⁊ Auic.ꝑma tertij.⁊ Mesue i suo de apropriatis sed nō impinguator nisi q̄tas cibi augumentet. Nam ipossibile est mēbra ultra modum crescere nisi cibi ultra moduz augeant ut ꝑma affōz.cōmento z⁹ Preterea ratio nō ꝓbat qa licet in egro uirtus digestiua sit debilior q̄ i sano nō semp est dādus tantus q̄ntum pōt digerere.⁊ ideo i habentez debiliorem uirtutez stat tantum posse digeri q̄tum debetur debite illi sano ⁊ erit tanta cibi necessitas q̄tum cōueniēter administrabit. Et ideo forte opposita cōclusio teneri posset. Et tu ꝓsidera oia hec. Nā illud quod dicit cōiter cibum dari scōz tenorez uirtutis intelligit ꝙ non debz dari ultra posse uirtutis. Et cū dicit ꝙ i mōbis cronicis subtilissimus intelligit i materialib⁹ a mā nō reducibili ad benignuz ut putrida aut putrere ꝑata notabiliter debilitāte digestiuaz totius apta digeri digestiōe ad expulsionem a nā ꝓparāte.mō ois morbus nō est hutusmodi. Si uero q̄raf an cib⁹ sit q̄ntz extoto auferēdus. Dz ꝙ sic. Nam ꝑ eius quandoq; ablatiōem infirmus citissime liberatur puta una die uel duabus aut usq; ad quartaz ⁊ tūc non tantū debilitat̄ quin postea sūpto cibo cōueniat̄ ad sanitatis dispositionē.Iz ergo ois intentio utriusq; opusculi su uite custodia tamē ꝑ uite custodia q̄ntz est cibus auferendus totus certo tempore.

sed non prohibetur Nūc secundus diuisionez datam ponit can.1⁹ sanifacit dubio.secunda ibi. Ipse quoq;.Adhuc prima in duos.secūdoz duos can.scōa ibi.Et nō minuit. De ꝑma dicit ꝙ nos nō auferimus cibum nisi q̄n uolumus materiaz occupare i maturatiōe humoꝝ.

Scōo

Scõo dicit q̃ tũc minuimus cum habem⁹ hãc intentionez ꝛ cuz b⁹ volum⁹ nãz confortare uel uirtutez custodire. Et ideo medicus dãdo cibum utrũq; rei uacat. naz ingtuz nutrit ascẽdit aliq̃tulz uirtus. Et ingtuz minuit facit q̃ natura nõ occupeꝯ a digestione humox̃ p digestionẽ multi cibi. Circa ꝓtes nota ꝓmo q̃ in regimine egro tantum ꝓcipue materiali morbo p cibũ ꝓncipaliter duo a medico ꝓsiderant a quibus recipit intentiones de modo cibãdi. Dnũ est uirtus aliud é morbus. Tã uirtus cuz sit res naturalis indicat de sui custodia ꝛ pseruatiõe que fit p cibũ. nã sanguis spiritus ꝛ humidũ medtale in quibus p sistit uirtus reficiunt cibo. Secũdũ est morb⁹. naz cum morbus sit res ꝓter naturã indicat õ sui remotione. Et q̃a morbi mãles remouentur per remotiones siue cãe ideo indicat de remotiõe cãe Causa uero est humor. Et q̃a remouet humor p operationez nature uel uirtutis occupata natura i digerendo cibũ nõ põt ita occupari in digerendo humorez sicut si nõ esset ita occupata. ideo morbus indicat q̃ uirtus nõ occupeꝯ in digerẽdo cibum. ꝛ sic q̃ cibus auferatur. Ex quo pz ultas indicationes quodãmodo esse oppositas. Nota scõo debite cibãdo nõ solũ debet medicus unuz sed ambo ꝓsiderare ꝛ scoz ambox̃ indicationes elicere intentiones. nam forti existente indicatione ex pte morbi de nõ cibãdo si uirtus cõsentiat ꝛ nõ multũ indicet de opposito q̃a est fortis apta sine cibo stare tũc auferimus aut multum minuimus. sed cũ nõ consentiat uirtus alit foret operandum. Nota tẽtio q̃ lz uirtus quodãmõ ꝓtrarie se habeat morbo in indicãdo q̃a uirtus debilior magis indicat ꝛ morbus magis indicat qñ est fortis nõ tamen oportet q̃ debilior uirt⁹ indicet plurem cibuz esse dandũ in uice una q̃a stat q̃ talez digerere nõ posset. Et ideo cõcedit q̃ indicatiõe sũpta a uirtute magis indicãte qñq; est minorandus cibus. Ex dis patet ueritificatio can. q̃a qñ uolumus uirtutez esse intentã ad digestione humox̃ qui sunt in uenis ꝛ uidemus uirtutẽ cõsentire q̃a nõ indigere cibarijs usq; ad ꝓplementum digestionis coxꝯ auferimus cibũ. sed cũ uidemus uirtutẽ nõ ꝓsentire ita q̃ nõ posset tanto tẽpe sin cibo stare minuimus non multuz ut natura nõ impediaꝯ ꝛ uirtus aliq̃tuluz ꝓseruẽ ꝛ restaureꝯ.

ipse quoq; Nunc remouet dubiuz. Si quis. n. queret uirtute indicante de cibi exhibitione ꝛ morbo indicãte de cibi subtractione ad quod medicus magis intendere debet. Respõdeꝯ q̃ semp debet esse sollicitus de magis suspecto. i. de eo pp q̃ magis suspicamur de morte. Et est hoc modo q̃a si uirtus est ualde debilis tunc ipsa magis est suspecta. Si morbus est ualde fortis ꝛ uirtus ita non debilis tunc morbus est magis suspectus.

dubitatur. circa hoc. Dtr deterius sit declinare ad lat⁹ diete grossionis q̃ oporter an ad latus diete subtilioris q̃ oporter. Et q̃ deterius sit declinare ad latus diete subtilioris ꝓz in 4mo⁹. prime ꝓticule. In tenuibus dictis magis peccãt egrotãtes. Dicit enim q̃ oẽ ꝓ ecceatuz q̃cũq; sit magnũ sit magis i dieta tenui q̃ in grossa. Ad ꝓtez negatiuã é ypo. scõo regiminis acutox ꝛ ꝛ alicubi in textu ꝛ cõmento. xxxvj⁹. Dixit. n. ypo. minui nãz iuuãtur est. Et galienus assignãdo cãz huius dixit hoc eé q̃a additio scõz plurimũ nocet nocumẽto cuius rectificatio nõ est possibilis. Rectificatio autẽ nocumenti quod a diminutione accidit est facilis.

In hoc dubio tres sunt responsiones. Prima est Dini. quaz sequit Warsilius hic. ꝛ ꝓma ꝓticula cuz dicit q̃ duplex est regimẽ quoddã ꝓticulare quod attendit in una cibatione tantũ. Aliud uniuersale quod accipit i toto tẽpe usq; ad statũ aut in toto tpe uniuersali. Quo ergo ad uniuersale regimen oiuz tepoꝝ statuz ꝓcedentiuz deterius est subtiliare. ꝛ hoc uult ypo. in offo⁹. dicto. Sed quo ad regimẽ in solo statu antecedũ minus est melius. similiꝯ quo ad regimẽ ꝓticulare unius cibi tantuz. Et hoc uoluit ypo. scõo regimis acutox̃. Primũ ꝓbat ꝓ quatuor. Naz nutricatio est mutatio ad magis incorporatuz ꝛ nocet nocumẽto essentiali ꝛ difficilius ex eo toleratur accidẽtia. Secundũ ꝓbat q̃a diminutio est ꝓformis i statu ꝛ i declinatione facile corrigit. Tertiuz ꝓbat q̃a additio indicat de dispositione q̃ est morbus ꝛ corrigit facilius. q̃a in egro peccatũ repletionis facilius corrigit. Scõa responsio dicit q̃ tuz in sanis q̃ in egris ꝛ tuz quo ad uniuersale regimen q̃ quo ad ꝓticulare declinare ad dietas subtiliores q̃ ꝓueniat uirtuti est deterius ceteris ꝓbus. Et ratio est q̃a facit nocumentũ essentiale i defectu uirtutis. Et hoc dicit ypo. intẽdere ponentes ꝓpositiones uniuersales cuz dicit omẽ peccatuz ꝛc. Dicit scõo q̃ peccatũ subtiliationis in egro in cõgratione ad dietaz sanox̃ est minus ingrossatione in cõgratione illox̃. ꝛ hãc uult ypo. in scõo regiminis acutox̃ ꝛ Autẽ. prima quare cuz dicit. Cuq; ignoras egritudinẽ subtilia regimẽ. Tertia positio est mea. naz nõ credo uniuersaliter declinare ad dietaz subtiliorez q̃ uirtuti cõueniat qõ sit deterius q̃ tamũdez declinare ad grossiorez cuz aliqñ p tales ingrossationes in una die moritur infirmus. ꝛ p similez subtiliationẽ nullo mõ morietur. Ad quod probãduz suppono q̃ ꝓpter fortez ꝑcussionem i capite abstinendũ sit a dieta sanox̃. hoc patet. vj⁹. almãsoris ꝛ prima tertij ꝛ quarta quarti. Suppono scõo q̃ cã est q̃a ex tali dieta infirmus qñq; incurret apostema i cez⁹ aut paniculo. unde morietur. Alia. n. cã non põt assignari quare tales dietã damus ad uitandũ periculum mortis. Suppono tẽtio q̃ talibus omibus circũstãtijs ꝓsideratis oportet aliquo mõ cibare cibo medio inter dietaz sanox̃ ꝛ nihil dare hoc patet q̃a qñq; cibãdi sunt ꝛ nõ cibis sanox̃ pp ꝑiculum. ergo qñ sunt cibandi aliquis erit cibus in quo nõ erit hoc ne cumentũ. sit igitur ille medius inter cibũ sanox̃ q̃a argumẽtũ ceꝺez mõ de alio haberet ueritatez. Cõstat. n. sophistis q̃ i isto cãu est dare subtilissimũ cibuz facientez hoc nocumentũ aut grossissimũ nõ facientẽ ꝛ utroq; mõ signabit cibus minus distãs ab interficiente q̃ nihil dare. ꝛ hoc inuento qui ꝓueniens est cũ

corpus cibo indigeret cum qro tale recurrentiꝫ
nō incurat patet q respectu illius tantum ingros-
sare esset cā mortis & tamūdem subtiliare nō esſz
cā mortis. & pōt argumentū duci ſ remittis me-
suraz ut patet de paratis suffocari ex nimio san
guine. Nec credo ēt q in talib⁹ quo ad uniuſ
sale regimen declinare ad subtiliores ſit peius.
nec semp in pticulari regimie declinare ad gros-
siores. nō tamē cuz cadit ut ius. ſed credo q stan
te uirtute in una pticulari cibatione melius ē ad
subtiliores declinare dictas. Et hoc vult ypo. 1°
regi. acu. & Halie. ſi bene inſpicias. Sed ubi nō
ſit piculuz ſuffocatiōis aut apostematis credo q
in regimie uniuſali ad grossiores declinare dic-
tas in morbis notabiliter magis ipra bēnd⁹ ſit
melius aut saltem secundum pluriuum est me-
melius. Posset ēt dici q ꝑ illam nō veniat uirtus ad diminutionē talē cum
qua nō refici posſet bene unico cibo sed subtilia
re ita q areſiat corpus aut uirtus fiat ꝑ illud im-
potens ad ſubleuāduz ſe est peius q̄ tm ūdē in-
grossare citra limites regimis & dicte. Et iō ypo.
nō dicit q oē peccatū ſubtiliatiōis ſit maius pec
cato ingrossationis ſz q oē peccatū est magⁿ qđ
soluz intelligiſ duobus mōis ꝑdictis & forte hoc
quod Auic. ꝑma quāri de a-fractiōe & augumē-
to a paratis. dicit ypo. in affo⁹ dicto.

soleт 2°. queri absolute que est fortior indi
catio an morbi an uirtutis. Vbi dicit̄
q absolute indicatio ſūpta a uirtute est fortior.
Nam accidēnibus uirtutē diſſoluēnibus illico dan
dus est cibus. cōmeto. 9° prime pricule. Erit̄ qua-
liſcunqz ſit morbus. & cōmento. 9°. de ingento sa
nitatis dicit Halie. Igit̄ ꝑma intentio i oi quidez
uirtute est ista tamē nō est curatiua sed uiuificā-
tiua. Attamen regula debite dicādi cōſtāte virtu
te ſumitur maxime a morbi cognitione.

nutrienſ quoqz. hic ponit aliam diuiſio-
nem de mō administratiōis nu-
trimenti & can. illi correſpōdemē & est ſubdiuiſio
buius mēbri supra positi. ſ. diuiſio cibi. Et diuidi
tur in duas. Primo pōit diſtinctionē. 2°. can. cor-
reſpōdentem ibi ſcōa. Nobis quoqz. Prima i du
as. ſed lego totum ſimul. Dicit ꝑmo q nutrieſ
minuiſ tribus mōis uno mō i qualitate alio mō
in q̄ntate & tēio in q̄ntate & qualitate ſimul.
Dicit ſcōo q differēcia est inter cibuz multe q̄li-
tatis & cibuz multe q̄ntatis. pōt ex hoc intelligi
cibus multe q̄ntatis cōtinue qui modicum ꝑbet
nutrimētuz. Erit ergo ille multe q̄ntatis & pauce
qualitatis sicut olera & fructus. & q̄nqz est con-
uerſo. qa in pauca q̄ntate multū ꝑbet nutrimē
tuz sic̄ testiculi gallox & uitelli ouox. Vbi no-
ta ꝑmo q duplicit̄ loquūtur medici de q̄litate nu
trimenti. ꝑmo de q̄litate opatiua alſando ſ. cali-
ditate & frigiditate & hoc mō nō dicim⁹ hic. Se-
cundo dicit̄ qualitas rōne nutrimenti ut nunc in ē
tū est. & hoc mō dicimus nutrimētū esse multe q̄-
li tatis uel pauce. Et ex hoc potes elicere modum
minorandi cibū in q̄litate. qa dare cibū minoris
nutrimēti. Modus aūt minorādi q̄ntatē est cla-
rus. patz ſcōo q minoratio q̄litatis pōt fi ci quo
dāmō minoratio q̄ntatis. Nā alijs pibus ꝑ cibū
pauce quātitatis minus de nutrimēto dat q̄ ꝑ cibū
multe q̄ntatis. Nota 1°. q. iō cibus ꝑbet mul-
ti nutrimēti respectu alterius cēlis q̄ntatis qa il
lius cibi ꝑ pauca transit i ſuperfluitates & pluris
in alimento. Tertiō notāduz q apud doctoꝛs
ex trib⁹ cāis in genere ꝓuenit q cibus ſit apt⁹ se
cundō pluſias ptes i alimētū ꝙuerti una est fami
liaritas & ꝓuenientia cū ſāguine i ꝑprietate occul
ta. ſcōa est cōuenientia i q̄litatib⁹ manifeſtis. ter-
tia est paſſibilitas cibi ex mō ſubstātie. Proba-
tur prima. Caro ſicca est pluris nutrimēti boi q̄
fenū. quia inter carnes & boiez uel ſanguinē bua-
ruz currit occulta ꝑprietas merito cuius ille ſūt
i ſanguine & calore naturali boīs nāſm̄ mabiles.
& talis & tanta nō currit inter fenū & humanū ſā-
guinez & calorez. ubi ecōtra est reſpectu aſini eq̄
& bouis. Probatur 2°. q uitelli ouox & gallox
testiculi & carnes ſcōz plures ptes ꝙueniunt in
nutrimento bōis q̄ fabe aut lentes aut olera.
Probaſ 3° q liquida plus nutriūt ut in ꝓmento
illius affo⁹ iſmi. facilius est repleri potu q̄ cibo.

Et ꝑ hac mā vide dicta a me in qōibus ſup ſi
lo affo⁹ ſcōe pricule. Facilius est repleri cibo q̄
potu & uidebis quo ſtat. a. cibū ut ſāguis būanus
reſpectu. b. ut uitelli ouox ābob⁹ potatis natura
liter & uirtualiter magis ſimilē esse mēbris tuz in
ꝑprietatibus occultis q̄ in q̄litatibus manifeſtis
& mō ſubstātie. b. & ꝓsimili ābox existēte applica
tione facilius tamē alijs pib⁹ nutrienſ mēbra ex
b. q̄ ex. a. & ſimiliter accipe exēpluz de cibo ſubti
li pauce quātitatis exhibito ſto⁹ calido reſpectu
groſſi ſimilis q̄ntatis. Et eodē mō videbis q ſtat
a. cibū digeſtibiliores esse. b. tuz ex mō ſubstantie
q̄ ex ꝑprietate occulta & qualitatibus manifeſtis
utroqz tamen i equali q̄ntate & ſimili mō appli-
catis melius digerit. b. q̄ a. & multa alia ſerua ad
videndū ibi. Nota quāto q̄ q̄litatiua ſimilitu-
do attendit̄ in hoc qđ cib⁹ tēperat⁹ est qui alijs
pibus est pluris nutrimenti q̄ diſtēparus inter di
ſtēparatos uero calidos & humid⁹. Reliq̄ ſūt nota.

Ex his pz quare fructus & olera ſūt pauci nu-
trimenti. ſ. qa nō habēt cuz boie ita ꝙueniētē ꝑ
prietatez ſicut caro nec i ſua cōp̄one ſūt ita uici
na. Ecōtra aūt testiculi gallox & uitelli ouox.

nobis quoqz. hic ponit can. p°. ge-
nerales attendendos
Scōo ſpāles ex ꝓsideratione nature morbi aut
ꝑtis eius. ſcōa ibi. Plurimū aūt. In ꝑma pte
ponit duos can. Primus can. est. Oēs forti existē
te fame & uenis repletis malis humoribus⁹ crudis
diminuimus cibū ſcōz qualitatez augendo ſcōz
q̄ntatez ut ſanissima fami & tamē nō impediat̄ vir
tus a digeſtiōe humoꝛ qui ſūt in uenis cū ex ta
li cibo modicoz in uenis trāseat. Et ēt ꝓp alias i
tentiones verbi gratia. Si uolumus corpus ma-
crefacere uel ſi uolumus materiā multā a uenis
expellere forti existente appetitu ꝓp timorē apo
ſtematis & multa alia. Secūdus can. ſtomacho
existēte debili qui non pōt rem multā digerere &

nitrite

virtute indigente cōfortīōe tunc minimus i q̄ mate qa dam⁹ cibū paucū multū nutrimenti.

dubitatur. Luca titos can. utz humoribus crudis existentibus in uenis cū forti fame sit dandus cibus multus t pauci nutrimēti negatiue arguit sic. Illis corporib⁹ nō ꝙuenūt cibi multaz supfluitatum generationi sed dicti cibi sunt huiusmōi. ergo ꝛc. maior patet qa q̄ dicti cibi multaz supfluitatū generationi fūt augetes cachochimiā cū uenas ipleaz supfluitatibus. Confirmaf ēt quia in illis corporibus pro bibendi debet indigestio. sed tales cibi sunt difficilis digestionis. ergo ꝛc. minor p3 qa nō fūt nutrimenti pauci nisi quia aut i ꝓprietate nō ꝙuenūt aut i mō subtātie aut i ꝓportione ut p3 in. 8. dcīs. sed q̄cūq3 mō sit pp illud erūt difficilis digestionis. ergo ꝛc. Scōo in hieme est dandus multus cibus t multi nutrimēti. sed i hieme respectu alioz tēpoz appetitus est inctior t crudi būores fūt i uenis. ergo nō nisi multis existentibus būoribus crudis i uenis cū forti fame dand⁹ est cibus pauci nutrimēti. cōsequētia est nota t maior est ypo. in illo affo⁹ Dētes hieme t uere ꝛc. Et minor p3. qa in hieme multiplicatur flegmata t minoraf sanguis t flegma est humor crudus. Et assumptū est Auic. tertia primi ca⁹ de cōpatione q̄litatis actis. Dicit enim q̄ minuit in ea sanguis. t augetur flegma. Tertio t ultimo i corpore i quo mali abūdāt būores est dandus cibus bonus largiter sed ille cibus est multi nutrimenti ergo ꝛc. assūptū est Auic. tertia primi ca⁹. de regie eius quod comedit t bibit. Sepe et cocedit ei in cui⁹ corpore mali abūdant būores ut rex bonā largiter comedat. In oppositū est Auic. hic. Pro solutiōe dubij nota primo q̄ nō est intētio Auic. q̄ humorib⁹ crudis abūdantibus i uenis t forti existenti appetitu sit dand⁹ cibus pauci nutrimēti. Nā uirtus digestiua posset esse debilis ita q̄ nō sufficeret magnaz q̄titatē cibi digerere. sed sufficit q̄ merito istaz dispōnaz deductis cōtrario modi cānd⁹ cib⁹ est dand⁹ multe q̄titatis t pauci nutrimēti. Notādū scōo q̄ ciboz qdā est cib⁹ pur⁹ t qdā ē medicinal⁹ q̄ b3 uirtutē subtiliādi calefaciēdi cōfortādi uomitū ꝓuocādi uel aliq̄ tale ut mel ñ opandi a mā. Nota tertio q̄ aliqui cibi sūt pauci nutrimēti quidā eiz sunt multi nutrimenti t mali. quidā aūt pauci t boni. Et tu vide exempla scōa pīma de eo quod comedit t bibitur ad finez capituli. Tūc sit ista ꝓclusio prima. Grāte multitudine būoz crudoz i uenis cū forti desiderio stat no ꝙuenire cibū multe q̄titatis t pauci nutrimēti. p3 qa stat multitudine būoz esse tāta ut sumēdo cibū piculū esset de crepatura uenaz t sufocatione t dimittendo t euacuādo corpus liberare tur. Scōa ꝓclusio stante humoz crudoz multitudine in uenis t forti appetitu ita fortibus ut nullius indicatio istoz alteriꝰ indicatione uincat ex toto deductis cōtrario indicātibus cibus est dādus multe q̄titatis t pauci nutrimēti. Ista est p mente Auic. t ꝑbat sic rōe. Nā multitudo crudoz humoz nō uincens indicatiōē fortis famis indicat nō impletas esse uenas ne uirtus a digestiōe ꝑbeat. t iō cibus debz esse pauci nutrimēti. Fortis aūt appetit⁹ indicat de famis t sitis extinctione que fit cū cibis multe q̄titatis.

Ad argumēta ad primū dicit pondo q̄ ciboz multaz supfluitati quidā sūt huiusmōi qua ex eis fūt apte naturales supfluitates prīe uel scōe digestiōis generati qa multe feces aut multa urina. quidaz uero sūt tales qa multiplicatui supfluitatū nō naturaliū qa būoz malōz in uenis. Luz igit dicit q̄ cibi pauci nutrimēti fūt multaz supfluitatuz dico uez esse primo modo. Et hoc mō negaf q̄ dictis corporibus nō ꝙuenīant cibi multaz supfluitatū. Sed si dicaf scōo mō cōcedit q̄ illi cibi nō ꝙuenīūt. Sed nō dicemus omnes cibos modici nutrimēti ꝙuenire t multos imo ali quos tales ut cuchimos qa bonoz būoz generatiuos sed paucoz. qa pluria eoz pars secedit i feces t urinaz p uias ductuū nō impledo uenas sicut granata lactuce amigdale. Ad cōfirmatiōez dicimus q̄ illi fūt difficilis digestiōis respectu ciboz nutribilissimoz ut uini t aque caznis. sed ñ tamen oportet esse ita difficilis digestiōis. qa idigestio non ita multū resultit nutrimenti qn in illos sit apta agere t uincere nō obstāte q̄ merito ꝓpter tatis occulte nō scōz multas ꝑtes sint in sanguinem cōuertibiles. Ad scōz dicit q̄ corpōa plurimos cibos sumēcia i hieme bēnt plenitudinem bonoz humoz nō crudoz. Vel scōo q̄ ibi est indicatio indicās quare dent cibi multi sanguinis generatiui ut dicit a Galie. in ꝙmēto. Ad tertiū pp uirtutis debilitatē dicit q̄ cibus bonus ut res bona est cibus medicinalis illis dādus. Aut hoc erit pp debilitatē uirtutis indicātis pp duo dicta Illius aūt textus expositionē uide a me sup illo affo⁹. scōe ꝓticule non pura corpora ꝛc. Scōa dubitatio est q̄ in talibus corporib⁹ sit uehemēs appetitus cū eius humoz crudoz ꝓpria sit causa ablationis appetit⁹ ut p3 ō malib⁹ i hieme i cauēnis habitātibus. Dicit q̄ pōt in eis esse appetit⁹ naturalis mebris respectib⁹ malos būores t attrahētibus bonos a stomacho t epate. posset etiam esse ꝓter naturalis pp frigidum humoreꝫ incitātē appetitū. Secūd⁹ cāus est clarus.

plurimuz amez. Ponit can. de minoratione cibi scōz dispōez mōbi Et qa in morbis differētibus scōz cronicū t acutus nano mō cibū dabimus. t eodē mō uariamus dictaz scōz nationez tēpoz eoz tō prīo dicit Auic. diuersitate minorādi cibū in morbis scōm prīa morboz dictoz differētiaz. 2⁹ scōz differentiaz tēpoz eiusde morbi. ibi scōa. Et quādo plus egritudo. In prīa ponit duas cās. ibi scōa. In cronicis nocz. In prīa ponit duos can. Prīus est ille q̄ inter egritudines plurimū ros laborans⁹ i minorando cibuz in acutis egritudinibus. Secūd⁹ est q̄ i cronicis minoratus⁹ cibū sed minꝰ q̄ i acutis. Et ca primā ꝑtez nota q̄ morbus materiaf q̄ pendet a plentia būoz indiget būoz digestione aut euacuatiōe aut utroq3. Et iō qa nā occupata nō taz bene magrat aut expellit sicut si solus illi rei fit intenta quilibz morbus talis indicat de cibi ablatione. uirtus aūt si sit debilis indicat

de cibi additione p quez cōfortet & ille indicationes sūt quodāmō ptrarie & antēdimus potentiori altera nō negligenda. & hoc totū est dictū supra

Nota q mōboz mālium quidā sūt acuti i quidā cronici. Morbi cronici dicūtur qui ultra quadragesimū diez terminātur. Morbi āt acuti quidaz sunt absolute acuti & sūt qui in xiiij° die terminātur. Quidā sūt acuti cū additione q̄a p acuti qui infra quartūdecimū diē terminant & p acuti q̄ infra quātuz diez terminātur. quidā tropici q̄ ultra quātūdecimū & circa quadragesimū terminantur Oēs tamē acuti i hoc conueniūt q cū velocitate sue terminatiōis sūt semoz accidentiū. Et ideo sequitur. non est acuta nec cronica & hec sūt alibi dicta Ex his p3 q i morbis materialibus acutis vtus magis ꝑsentis subtilitatiōi q̄ indiget q̄ morbꝰ cronicus q̄a acuti cito ſminātur & p modicū tēpꝰ potest virtus melius sustentari cū modico cibo q̄ p multū. Et tō in morbis acutis subtiliamus dietaz & minuimꝰ cibuz plurimū. imo q̄nq̄z auferimus sed in cronicis non tantū minuimꝰ. Nota 3° q q̄a virtus est debilior i morbo cronico q̄ i sanitate ic alijs ꝓbus & q̄a morbꝰ indicat de cibi subtractione tō posita alioz ꝓtare i cronico morbo cuā minuimꝰ cibū respectu cibi inculpate sanoz. Et quo p3 prio q i oi morbo māli est subtiliāda dieta respectu alioz alijs cōditionibus obseruatis.

Patet. 2°. quare i morbo cronico dicit equani a doctoribꝰ & quare a Galieno pria puncta affōz sub illo āffo°. tenues & certe diete dicit q virtus est cōseruāda i cronicis. hoc eis dicu i cōparatione ad id quod fit in acutis. q̄a in cronicis tantū de cibo damus ut videat quasi eq̄ cibo sanoz & virtus cōseruari ut est. P3 tcio non esse nez qō dicūt Dianis & Marsilius. Nō generaliē in omi morbo ab eo sumit indicatio ablatiōis cibi. Nā a morbis q̄ sunt ex inanitione tantū indicat cibi exhibitio ut in āffo°. Ex plenitudine &c. Sequit q̄r to q nō in quolibz morbo materiali salubri ordinā da est dieta in cōparatiōe ad statū. Naz multi sūt tales qui sūt in declinatiōe quibꝰ cibus subuitor est dandꝰ q̄ in sanitate nō meruo status futuri.

Sed tūc cadit periculare dubiuz. utz i morbis mālibꝰ in quibꝰ cibꝰ dz minorari indicatiōe sūpta a mā sit melius minuere cibi q̄ntitatez nō minorare q̄litate aut equaliter aut utrāq̄ simul. videt q potius sit minorāda q̄litas. naz in acutis pusana ordei offertur que minoris est q̄litatis q̄ cibi sanoz & offertur scōz quātitatez cibi cōsueti ut sumatur prio regis acutoz textu 2menti. xxij. naz si bis in die ꝑsueuit comedere bis in die pusana offerri ꝓcipit. Cōfirmat quia i morbis istis sūt exhibendi cibi alicuius & aliquo mō morbo vel cāe morbi oppositi. tales aūt sūt modici nutrimēti ergo &c. In oppositū est cōis modus practicandi. naz dantꝰ pullus pinguz qui estꝰ cibꝰ multi nutrimēti & pauce q̄litatis. In dubio nota. q istī morbi māles q̄nq̄ sunt cū virtutis magna formidine & ꝑcipue digestiue stōaci & nō cū cōrupto aut deiecto appetitu. q̄nq̄ aūt unuz istoz deficit. s. virtus vel appetitus. Tūc sit prio cōclusio tua. Scāndus in infirmo virtute & appetitu i morbo mālī cibus est plus q̄litatiue q̄ q̄titatiue minuēdus mā existente in venis totius vel ci° ambitu. Probatur q̄a p diminutionē q̄litatis fit q nā nō impeditur in digerēdo & p q̄ntitatē cōuenientez appetitui sanitati. Accidit et q̄ pōt magis alterare si alteratiuus detur & alia nocumenta non sequūtur ergo &c. Scōa cōclusio i morbo materiali indicāte minoratiōne cibi stāte cōi appetitu q̄nq̄z diminutus q̄ntatē augem° & qualitatē ut p3 in colliga passione & lapide renū. Et si virtus sit fortis. Tertia cōclusio q̄nq̄z oportet cibū dare pue quātitatis & multe q̄litatis & hoc ubi vtus est debilis nō potens notabilez q̄ntatē digerere aut ubi appetitus sit valde ꝑstrictus ita ut si fiam° nō possz multū sumere & isti sūt casus i quib° bo die

Et quia infirmi sunt delicatiſe patiunt in febribꝰ fastidiuz & abhominatiōe cibi nos damus pullum & oua & aquaz carnis. Quāta cōclusio cū isti cibi exhibent plerāq̄ sunt exhibēdi alicui. nā isti cibi sunt facilē inflabiles tō precipue i febribus sunt ad frigiditatē alicuius cuz decoctiōe lactucaz aut cuz uino granatoz aut similium. Et ex his habemus facilez argumētoz solutionē.

In cronicis autem. Modo ꝓbat ambos can. & p3 ex notatis modus ꝓbatiōis ūboz can. Sz pp iuuenes nota q crisis est uehemens & velox motus morbi quo infirmus ducit ad salutez vel ad mortez Et iste motus plerāq̄ accidit in statu acutoz. cuz ergo uidemus morbuz aliquē crisi terminādoz tunc ordinamus dietā ita ut in crisi virtus nō sit naz debilis q deficiat neq̄z corpus sit hūoribus plenuz ut crisis impediat. Cuz ergo est crisis ꝓpinqua uirtute tolerāte subtiliamus dietaz & auferimus cibuz. Nota scōo q sz nō fiat crisis tamē ꝓpe statuz subtiliamus dietā maxime ex cā infra dicēda & ante statuz caz status est uicinus magis subtiliamus q̄ si essz longinquus alioz posita paritate. Et tō in acutis ꝓ hec duo magis subtiliamus.

Et quanto plus hic ponit can. de minoratione cibi merito tēpore morbi. Et ista ꝓ diuidit in q̄nq̄ ꝑtes scōz quinq̄ can. ibi scōa. Et q̄ntuz egrūdo. ibi tertia In quo tēpoz. ibi quāta. Que egrūdo ibi q̄nta. Nisi cāe. Primus can. est iste q quando egrūdo est in principio. & accidēcia sunt magis quieta tūc nutrimus ꝓfonādo uirtutē & intelligitur q plus nutrimus q̄ in sequentibus usq̄ ad statum sz minus sit q̄ in sanitate nisi fuerit ex causis dicendis in dubio. Secūdus can. est q cuz egrūdo ꝓcedit ad augmētuz & accidēcia augentur tunc minuemus cibuz & hoc duabus de cāis Pria q̄a bemus fiduciā q virtus rōe cibi exhibiti poterit durare cuz maiori subtiliatiōe cibi. Secūda ut virtus alleuietur & nō sit onerata cibo & humoribus hora luctamis. i pugne & hec est hora status. Tertius can. est q in tēpore status regimen uehementer subtiliaſ respectu precedentiuz. Causa est q̄a tunc virtus pugnat. Quātus can. est quāto egrūdines fiunt acutiores tanto subtiliamus

subtilianus uehemẽtius. ꝛ hoc quo ad oia hec tẽ
pora quia pugna eſt maior ꝛ tẽpus quo uir⁹ dz
cũ subtilitatione regis ſtare eſt breuius. Quin
tus can. eſt ꝙa talis ſubtiliatio niſi fuerit cũ ꝓbi
bens. ſ. uirtutis debilitas aut accidens aliud ut i
libris peculiaribus dicit̃ debz fieri in critibus

dubitatur utr̃ in morbis mãlibus dicta debeat ꝓcedere subtiliando uſq; ad ſtatuz inclusiue. Ad ꝓmez negatiuã ar guit ſic. Aliquis eſt morbus materialis in cuius prin. multa eſt repletio ꝑ quã dicta magis ſubti liãda eſt q̃ in ſtatu eſſet ſubtiliada merito illi⁹ morbi ergo ꝛc. aſſũptũ ꝓz in tertiana pura incipi ente ex pluria ſanguinis repletione. Cõfirmatur ꝙa contingit q̃q; principiũ moleſtũ eſſe ꝙa co iunctũ cuz alio morbo ꝛ ſtatũ eius eſſe ſine alio morbo ꝛ ꝓſtat q̃ in princ. erit magis ſubtiliandũ.

Scõo arguit ſic. In quãtana ꝓuenit ſubtiliatõ ꝛ poſtea ingroſſatio ut pria quãt. de quãtana igi tur nõ generaliter in oi morbo groſſitus eſt dictañ in principio. Tertio in pleuretici groſſit⁹ eſt dictañ in ſtatu ꝛ digeſta mã ut decima ſeiũ ꝛ prio regis acutoꝝ. Quãto ſic uirtus i morbo ꝓuenit debi liãdo ꝓcedit ergo indiget maiori refectiõe ꝛ mõ bus ſalubris ꝓuenit minoraꝝ ſalte poſt ꝓncipi um ergo minus indicat de cibi ablatiõe ergo me nus utriuſq; poſt principiũ eſt ingroſſanda dicta

Quinto tũc magis ẽ ſubtiliãda dicta cũ uirtus ẽ fortioꝛ ꝛ pugna eius cõtra materiã morbi maiõ ꝛ mã amplior. Et hoc ẽ in principio ergo ꝛc. mi noꝛ ꝓz ꝙa in principio mã ẽ magis rebellis cũ ſit min⁹ digeſta. Sexto arguit̃ in princ. paroxiſmi ẽ ſubtilius dictañ q̃ in ſtatu uniuerſali ꝓſequẽtia tenet ꝛ aſſũptuz ꝓz ꝓio regis acutoꝝ ab ypo. tertio ꝓgnoſti. xviij. ꝛ Galie. codez ꝓgnoſto dũ di xit. Et deterior hora ẽ cuz inueniũtur ũla membra i deteriori diſpõe. ꝛ manifeſtuz ẽ q̃ hora in qua fũt in deteriori diſpõe ẽ hora inceptiõis paroxiſ moꝝ. In oppoſituz ẽ Auic. hic ꝛ pria quãt. ca pitulo de regie febricitantiuz ꝛ Ypo. pria pecula aſſoꝛtiſſimoꝝ aſſo⁹ prio. ꝛ Gali. i ꝓgnoſtico. In uno dubio ponã notabilia ſcõo ꝙcluſiões. Quãtuz ad ꝓmuz nota q̃ morboꝝ quidã fũt mãleſ quidã ima ꝛ tales. de imaterialib⁹ in ꝓlemu no ꝛ ſexto. Plurimi eiz imaterialiũ morboꝝ nõ indicant de cibi ablatione ut morbi ſequẽtes inanitionem.

Scõo notandũ q̃ morboꝝ mãterialiũ ſalubri um a mã cruda incipiẽtiuz ꝛ ad ſalutẽ terminan doꝝ cõiter quatuoꝛ ſũt tẽpora. ſ. principiũ augu mẽtũ ſtatus ꝛ declinatio ꝛ hec tẽpora dicũt̃ uni uerſalia totũ morbũ cõtinẽtia. Et quedã ſũt tẽpo ra pecularia determinatiũ morbũ reſpicientia. Hic autez ẽ ſexto de uniuerſalib⁹ tẽporib⁹. Nota tertio q̃ uniuerſalia tempora morbi mãlis q̃q; di ſtinguũtur penes accidẽtia q̃q; penes materie di geſtionez uel alterationẽ digeſtioni oppoſita. Et tu uide hoc primo de critis ꝛ p ea que dixi pria pecula afforiſmoꝝ. Nota quãto q̃ i quibuſdaz morbis uniuerſalia tẽpora penes materie alterationes ꝛ penes accidẽtia coincidũt plexq; ut in quibus mã obſeruatur ad unicã creticã expulſiones. quibuſdã uero nõ coincidũt. Et tu uide ubi ſupra

qõne mea de magnitudine morbi ſcõa pricula af foꝛtiſſimoꝝ. Nota quinto q̃ in ſtatu morbi ſalu bris diſtinguũt̃ tẽpora penes digeſtionẽ materie quia in ſtatu inuenit mã magis digeſta q̃ ante. ꝛ cuz bo ẽ magis calefacta multũ mãz ꝛ uirtutez ſtrituas ad opandum in ea reſpectu ꝓcedentiũ tẽpoꝝ. Paritate poſita in ꝑte loci ꝛ ꝙntate eius. Et io cuz natura uincere debz in ſalubri morbo oz tũc mãz fortiſſime q̃ tale mãz pugnare. In princi pio uero ꝛ augumento ꝑ ꝓtrarias cãs pungit eã Et ita dicaf de augumento tanq̃ medio nõ ſe ha bente. Nota ſexto q̃ in principio quo ad acci dentia nõ multũ ſtimulaf uirtus ad agendũ i ma teriã morbi ſed in ſtatu quo ad accidentia multũ ſti mulaf ꝛ ſo fortiſſime tũc conaf aliis gibus. Et quo pz q̃ hac ꝙtate ſtante fortior ẽ actio nature in morbuz in hoc ſtatu q̃ in principio uel augumento ꝙa augumentũ mediũ huius medio nõ ſe habz. Nota ſeptimo q̃ ex cibo exhibito in mõ bo materiali quatuor nocumenta ſequũtur ꝛ ſũt iſta. Virtutis aggraoatio. Scõz ẽ pestilentia uirtu ti facta i tranſmutãdo debite morbi mãz cuz ſibi difficilius ſit duo pati. ſ. cibuz ꝛ bũoreꝝ q̃ unum ſolũ tranſmutare. Tertiuz ẽ diuerſio inſtrumenti quo uirtus opatur. Naz ſpiritus diuertif a loco ubi ẽ materia ad locũ cibi digerẽdi. Quãtuz ẽ ge neratio mali humoris ex cibo ſũpto ꝓtematum ali calore agente i cibo ut i febre aut mali calore ipz nõ debite tranſmutãte. Quintuz põt eſſe alteratio corpoꝛis a tali malo bũore genito ꝛ aggraoatio. uel opillatio aut catarrus nauſeatiuus uel corrup tio imaginatiõis uapoꝛib⁹ aſcendẽtib⁹ ad caput. ꝛ breuiter alicuius morbi uel accidentis augumẽ tatio. Nota octauo q̃ illoꝝ nocumentoꝝ quedam ſunt magis apta ſequi cibi exhibitionez cũ multa ẽ caliditas aut mala ꝙlitas morbi. Quedã cuz uir tus foꝛtiſſime agit in mãz ut uirtutis diſtractio uel impedimentuz operationis eius. Nota nono q̃ ſiat uirtutez eſſe magis pataz in mãm agere ꝛ q̃ põt q̃q; foꝛtius agere nõ obſtante q̃ minus ab ea ſtimuletur. Mã ſiat ꝓparatiõe plus facere ad fo tunditatẽ operationis q̃ faciat ſtimulatio. Vide ba bitis ſit hec pria ꝙcluſio. In principio morbi mãl uniuẽſalt rã q̃ ad accidẽtia q̃ quo ad materie di geſtionẽ uel alterationẽ ſubtilius ſtari eſſe dicẽdũ q̃ in eiuſdẽ morbi ſtatu. Pz ubi cũ principio illo aliqua foꝛtis indicatio ꝓungaf ex alio morbo ut tactuz ẽ in argumento prio ante oppoſituz

Scõa ꝙcluſio deducta cotuſtibz rei indicatiõe ꝓter indicatiões a morbo ꝛ eius cã ꝛ uirtute nõ in cuiuſlibz morbi principio ẽ groſſitus dicẽdus q̃ in ſtatu. Pz ꝙa ſiat in alicuius morbi princip⁹ uiendus eſſe dicta tenuiſſima ut i morbo pacuto Tertia ꝙcluſio i morbo mãli ſalubri cuius prin cipiuz plurimũ ren otuz ẽ a ſtatu eius deducta aliis ſignificatiõibus a morbo illo ꝛ cã eius ꝛ uir tute alias p̃bitas groſſitus ẽ dicẽdus ꝓſtare uir tutis ꝛ in principio quo ad accidentia q̃ in ſtatu quo ad accidentia. Concluſio pz ꝙa magis nocenf ex eque groſſa dicta in ſtatu q̃ i princip⁹ Nã cuz uirtus in mãz fortiter operaꝛ ſequiſ eius diſtractiõem eſſe maius nocumẽtũ ꝑpter ꝙa uir

mis magis stimulatur. unde nō possz cibū digerē re. ꝛ ió ad peiores būores querier etur ꝛ minus bonuz nutrimētuz cāzet. Quarta cōclusio in p dictis morbis alijs ꝓbus ꝛ alijs indicatiōib⁹ de ductis subtilius ē dietandū in statu quo ad digestionez q̄ in principio. Pz q̄a in illo ē uirtus uelo cior ꝛ magis uelocif agens i mäz. ergō impedimen tuz distractionis maius ꝛ alia sūt paria ut pono.

Quinta cōclusio tribus quo ad materie altera tionez ꝛ quo ad accidēcia coincidentibus in prin⁹ multū a statu distāre generaliꝫ ꝓcedendū ē a pn̄ usq; ad statuz subtiliādo ꝓstāre uirtute ꝛ aliꝫ in dicationibus a morbo cā ꝛ uirtute cessāntibus ul ꝓbus. Ista est ponēda ꝓ mente Auic. ꝛ pz quia q̄to magis uersus statū ꝓcedimus tāto nocumē ta cibatiōis euant maiora ut colligif ex notatis.

Sexta cōclusio. In morbis i quib⁹ hec tēpora nō coincidūt stat subtiliuꝫ esse dietanū in augmē to ꝛ princ. quo ad materiei digestionē q̄ in statu Pz q̄ stat mäz ē pauciorez i statu imanū ꝛ ui ti molestā min⁹ q̄ min⁹ malum ē cibare tūc q̄ i princ. in quo erāt oppolita hoc accidit plexq; in pleuresi ꝛ i morbis in quibuꝫ ualde notabilit ma teria minoraf. Septima cōclusio i morbis i q̄ bus hec tēpora nō coincidūt stat subtilius esse di etandū in statu eiusdez morbi quo ad acciden tia ꝛ q̄ñq; ecōtra. Quādoq; eiz quātūcunq; modi cum posset i accidētibus status quo ad acciden tia superare statū quo ad digestionem ꝛ ꝑplus stat q̄ñq; superari ip̄z statuz quo ad accidentia a statu quo ad p̄parationē materiei. stabit igif q̄ maius erit nocumentū in cibatiōe in statu quo ad dige stionez materie q̄ in statu eiusdez quo ad accidē tia ꝛ ecōtra. Ex his pz argumētoꝝ solutio.

natrient preterea. hic ponit tēta distinc tio que sumit ex parte mōi sub stantie scōz cōiter exponēres. Et p⁹ ponit distinctiō nez. scōo ponit can. cōrespōdentez. scōa ibi. Et no bis quidē. In pria intendit duas distinctiōes quaꝝ pria est ista. Nutrimentū quoddaz ē uelocis pe netrationis sicut unū quoddā ra de sicut assata ꝛ frixa. Scōa distinctio. Nutrimentū quoddā ꝓbz nutrimentū spissuz ꝛ tarde resolutiōis ut caro pō cina ꝛ uitulina. quoddā subtile ꝛ cite resolutiuf ut uinū ꝛ ficus. Nota hic p⁹ q̄ distinctio pria. s. q̄ aliquid sit tarde resolutiōis aut penetrationis pendet aut ex mō substātie q̄a subtilia faciliuꝫ pe netrāt aut ex qualitate. q̄a illa que sūt tēpata ad caliditatez ꝛ humiditatez declinantia sicut citius digeruntur ita et citius ꝛ faciliuꝫ penetrāt aut rōe sue ꝓportionis. naz quidā ex sunt que ante suam digestionē penetrāt ut uinuz. Dicit postea ex his que dicūtur scōa primi ūma de pulsibus ca⁹ de uariatiōe pulsus ex cibo. Sed scōa distinctio ē q̄ quoddā nutrimentū cōstans ꝛ tarde resolutionis quoddā subtile ꝛ cite resolutiōis pēdet ex mo do substātie quasi solūmō quia subtilia nutrimenta prestāt cito dissolubile grossa uero ecōtra.

Similiter sicca cōstās ꝛ humida dissolubile. Quare Galien. prio alimentoꝝ ca⁹. xviij. dixit q̄ humidiora consistentijs medicuz alimentuz dant .i. modicuz durās ꝛ facilis euaporationis.

et nobis quidem. Nūc ponit can. ꝛ sunt quinqz. scōa ibi. Et nos. tēta ibi Et teremur. quarta ibi. Sed eligimus quinta ibi. Raro. Prim⁹ can. est Oportz uirtute digestiua existēte ita debili ut nu triens tarde digestiōis debito tēpore non ualeat digerere cū casu uirtutis alialis dare est nutriens facilis digestionis ut uinuz ꝛ uinelli quoꝝ ut in li poribomia ꝛ defectione uirtutis ꝛ syncopi. Se cundus can. est. Post comestionē ciboꝝ tarde di gestionis cauēmus ab exhibitione cibi facilis di gestiōis ne digerat prius ꝛ postea cōmisceat cū eo ita ut inde sequat uitiusq; corruptio ꝛ ō hoc dicituꝫ est. 8. in capitulo de regie ci⁹ quod comedit ur ꝛ bibit. Tertius can. est q̄ in corpore in quo sunt opilatiōes aut ualde facilē fiunt cauē duz est a nutrientibus grossi nutrimenti q̄a illud addit in opilationez cum fiat opilatio ex hūoribus aut multis aut grossis aut uiscosis. Quar tus can. est q̄ in corporibus fortibus ad fortiora exercitia ꝓparatis dāda sunt nutrientia tarde digestiōis ut grossi nutrimēti ut nutrimēti nō ci to ex labore dissoluantur ut caro uaccina assata ꝛ porcina. Quintus can. ē. q̄ in corpore q̄ ue locius cadit in opilatiōez dāduz ē nutrimentum raꝝ ꝛ subtile. Et hi can. sunt notati ex his q̄. 8. ca⁹. de regie eius quod comeditur ꝛ bibitur dicuntur. ideo nō repeto.

medicatio autez. Positis can. ad unum instrumentū curatiuū pti nē tib⁹. s. ad dietaz ponūt can. ad aliud instrumentū pertinentes. s. ad medicinaꝝ exhibitionē. Et diui ditur in duas. Nā primo ponit que ꝛ quot sūt cō siderāda generaliter in exhibitiōe medicine. scōo que regule attendunt ur i dando medicinas. scōa ibi. In electiōe qualitatis. De pria dicit q̄ me dicatio que fit ex medicis nec habz regulas i. tres sunt generales intentiones quas hēt medic⁹ cōsiderare in dādo medicinas. ꝛ dicunt iō regule q̄a p illas regulas dirigit medici intentio ꝛ opatio. Dicit scōo q̄ pria istaꝝ est regula eligendi q̄litatez puna calidā frigidā ꝛc. Et p hoc intelligē maneriez uirtutis que a forma opaf uirtus edu cinā colere uel flegmatis. Scōa regula est ad eli gendaz mensuraꝫ pōderis exhibēdi ut ℥. i. aut ʒ. i. ꝛ regulā gradus eius ut quod in primo gradu ul ꝛ⁹ ul alio. Tertia ār generaf regula ē eligendi cōueni entē horā sue administrationis.

dubitatur Dic in debita administratiōe medicinaꝝ tantū tres regule sunt attendende. Et uidef primo q̄ nō sint nisi due ut uult Gali. ʒ⁹ regni. s. q̄litas ꝛ q̄ritas q̄ po nere tempus est superfluū ut ibi ponit Galie. in cō siderationē debite administrationis sex res non naturalium. Scōo preter istas sunt multe cōside rationes sicut ꝓmixtiones ꝛ loca p que medicine sunt offerende ꝛ artificiales preparatiōes ꝛ mod⁹ substātie ꝛ uirtutes scōo tegni ꝛ ꝓprietatez occul te ut ifra patebit. Preterea ipugnādo ꝓma sūt p siderāda decez ut infra tertio capitulo. Pro do bio nota primo q̄ in administrādo medicinā que dam ꝓsiderāda sunt ex pte medicine quedam ex

